



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Virtute Ac Sacramento Pœnitentiæ Decisiones

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Decisio XXXVI. Argumentum. Solum Sacerdotem esse Ministrum Sacramenti Pœnitentiæ in hac Decisione firmatur. Ejusdem Ministri quatuor necessaria requisita exponuntur; Probitas, Scientia, Prudentia, ac

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94661)

feffarium loquentem communi voce, seu aliquantum altiore. Utramque tamen opinionem approbat Gobatus d. tract. 7. num. 288. docens, quid agendum, quando pœnitens confessus, & recepta pœnitentia, dum Sacerdos incipit pro eo absolviendo *Miserere tui, &c.* velociter discedit à sede Confessionalis, (ut sæpè faciunt rudes, seu rustici homines) & ab Ecclesia egreditur? Convenit in hoc casu cum alta voce revocare, ut genuflectat imponere, & sic genuflexum ad pedes Confessarii absolvere. Sed si Confessarius stipatus sit magna pœnitentium caterva? Tunc juxta Bonacinam, si nondum se absentavit ultra viginti passus, proferenda est in eum abeuntem absolutio. Ita Gobatus d. num. 288.

Tandem advertendum, hanc præsentiam physicam, vel moralem non requiri pro absolutione 19 ab excommunicatione, aliisve censuris, quia hæc etiam absentibus potest impertiri; ut absque habitatione docent Suarez de Pœnitent. disp. 32. sect. 6. num. 3. Eminent. Card. de Lugo disp. 22. num. 51. & Gobatus d. tract. 7. num. 286. quos damus intelligendos puto de absolutione in foro exteriori, in quo Judex Ecclesiasticus absolvit reum absentem à censuris, instante ejus Procuratore; secus autem in foro interno, ac pœnitentiali, in quo ex supradictis requiritur præsentia physica, aut saltem moralis Pœnitentis.

DECISIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

Solum Sacerdotem esse Ministrum Sacramenti Pœnitentiæ in hac Decisione firmatur. Eiusdem Ministri quatuor necessaria requisita exponuntur; Probitas, Scientia, Prudentia, ac Justitia; & enucleantur varæ Quæstiones in eorundem requisitorum declaratione. Præcipuè an Confessarii teneantur monere Superiores, quorum Confessiones audiunt, de eorum notoriis defectibus, vel suorum Ministrorum; Utrum debeant ipsi restituere, si non inculcaverint pœnitentibus onus restitutionis? An opinio Confessarii prævaleat opinioni pœnitentis? Probabilitatis tractatus confusi, & incerti.

SUMMARIUM.

- 1 Minister Sacramenti Pœnitentiæ est solus Sacerdos.
- 2 Confessarii requisita necessaria quinque.
- 3 Probitas, idest status gratiæ necessarius in audiente Confessione.
- 4 Scientia quæ, & quanta requiratur in Confessario?
- 5 Prudentia Confessarii quæ, & quanta esse debeat?
- 6 Interrogandorum pœnitentium documenta octo.
- 7 Justitia in Confessario requiritur, ut pœnitentem Confessum absolvat.
- 8 Instruere pœnitentem quando debeat Confessarius? Et de quibus?
- 9 Superiores monendi à Confessario de eorum notoriis defectibus; & Cardin. Baronii exemplum.

20 Restituere an teneatur Confessarius, qui non obligavit pœnitentem ad restituendum?

11 Confessarius an teneatur sequi opinionem pœnitentis?

12 Probabilitatis tractatus omnes confusi.

Restat, ut de Ministro Sacramenti Pœnitentiæ differamus; & de requisitis, ac qualitatibus ejus, sive ad illud validè ministrandum; sive licitè. Ministrum hujus Sacramenti esse solum Presbyterum, ordine Sacerdotali ritè, ac rectè insignitum diximus, ac probavimus supra Decif. XVIII. à num. 9. & seqq. ubi ostendimus, quòd si quis vellet confiteri Laico peccata sua, ut ab eo reciperet absolutionem, incideret in hæresim Lutheranorum; & quicumque non promotus ad ordinem Presbyteratus præsumeret audire Confessionem Sacramentalem alterius, & illum absolvere à peccatis, puniendus esset tanquam hæreticus in Officio S. Inquisitionis per Constitutionem 21. Gregorii XIII. quia est de fide, quòd solus Sacerdos potest esse minister Sacramenti Pœnitentiæ, ut definitum est in Concilio Constantiæ in Bulla Martini V. in Florentino in Decreto Eugenii IV. & in Tridentino sess. 14. cap. 6. & Can. 10. & testantur testimonia Patrum, quos cumulat Eminentiss. Cardin. Bellarminus libr. 3. de Sacram. Pœnitentiæ, qui ab exordio nascentis Ecclesiæ agnoverunt, absolutionem Sacramentalem esse actum, seu exercitium potestatis Sacerdotalis; idcirco bene infert Eminentiss. Cardin. de Lugo eod. tract. disp. 18. sect. 1. & nos innuimus supra Decif. XIX. num. 31. eum, qui verè non accepisset in sua ordinatione ad Sacerdotium potestatem ab Episcopo consecrandi Corpus, ac Sanguinem Christi, offerendique Sacrificium, sive per defectum materiæ, sive per defectum formæ, aut quemcumque alium; postea non recipere validè potestatem absolvendi, per illa verba: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* sed debere repeti ordinationem quo ad utramque potestatem; quia esse non potest minister Sacramenti Pœnitentiæ, nisi solus Sacerdos; non est autem Sacerdos, qui non habet potestatem offerendi Sacrificium; quod notant etiam Salmanticenses de Sacramentis tract. 6. cap. 11. num. 2.

Porrò in Sacerdote non excommunicato, non suspensio, & non interdicto quinque requisita concurrere debent, Probitas, Scientia, Prudentia, Justitia, ac Approbatio; prima quatuor, de quibus in præsentì Decisione agemus, necessaria sunt ad licitè ministrandum hoc Pœnitentiæ Sacramentum; quintum verò, de quo in Decisione sequenti, ad validè conferendum.

Probitas requiritur in Sacerdote ministrante Sacramentum Pœnitentiæ, idest status gratiæ, & quod ipse non sit in peccato mortali. cap. Remissionem 1. quest. 1. cap. Odi, & projecit. 24. quest. 1. alias illicitè administrat, & quòd ad se sacrilegium committit, etsi validè absolvat pœnitentem; scriptum est enim in Psal. 100, *Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.* Disputant verò Theologi, an Confessarius debeat esse in statu gratiæ, dum incipit audire Confessionem alterius; vel sufficiat, quando audita Confessione vult ei impertiri absolutionem Sacramentalem? Alii volunt, ipsum non peccare mortaliter audiendo Confessionem in peccato mortali, dummodo habeat propositum pœnitendi, & reponendi se in statu gratiæ per actum veræ contri-

tio-

tionis, antequam proferat absolutionis verba, Ita Averſa de Pœnit. quæſt. 16. ſect. 10. Henriquez, quem citat, ac ſequitur Diana part. 1. tract. 7. reſol. 47. reſoſita in Coordinato tom. 1. tract. 7. reſol. 43. ea ratione, quia Sacerdos quando audit Confeſſionem, non adminiſtrat Sacramentum, ſed quando abſolvit. Alii verò contrarium tenent, quia tunc incipit adminiſtrare Sacramentum, & fungitur miniſtri ejus officio, quando incipit audire Confeſſionem, quæ eſt actio materialis proxima ejusdem Sacramenti; ideo eo tempore debet ſeipſum per contritionem à macula mortalis culpæ liberare, ne novum peccatum Sacrilegii committat, Suarez de Pœnitent. diſp. 28. ſect. 1. num. 3. Leander alios allegans eod. tract. diſp. 11. quæſt. 116. quibus adſtipulatur Eminentiff. Cardin. de Lauræa diſp. 20. art. 1. num. 24. ubi inexcufabilem demonſtrat à Sacrilegio Sacerdotem, alios mundantem per adminiſtrationem hujus Sacramenti à peccatis, cum ſit ipſe immundus, & adfert ſub num. 18. hanc rationem: Si enim Deus à Miniſtris Legis Moſayca, qui pecora tantum ſacrificabant, neque gratiam ex opere operato conferrebant, exigebat Sanctitatem, eo quod opera Religionis à Deo præcepta exercebant; quanto magis à miniſtris omnium Sacramentorum, quæ gratiam ſanctificantem conferunt? His addere licet illud Eccleſ. 18. 19. Ante judicium para juſtitiam.

4 Scientia eſt ſecundum requiſitum in Confeſſario; per quod non intelligimus Clavem, de qua diſſeruimus ſupra Decis. XIX. n. 30. & diximus, eſſe poteſtatem, quam habet Confeſſarius tanquam Jdex interrogandi pœnitentem de ſpeciebus, numero, ac circumſtantiis peccatorum, ut de illis ſe bene informet; ſed hic per Scientiam denotatur doctrina, ſeu inſtructio, quam habere debet ipſe Confeſſarius, ac notitia tum Theologiæ Moralis, tum Sacrorum Canonum, ut poſſit eſſe idoneus miniſter hujus Sacramenti; ut bene advertit Eminentiff. Cardin. de Lauræa d. diſp. 20. n. 27. ubi num. 29. docet, quod Scientia in Sacerdote ad validè conferendum Sacramentum Pœnitentiæ ſufficit, ſi ſciat ſolvere, ac ligare, ideſt proferre formulam absolutionis, & imponere convenientem ſatisfactionem pœnitenti. Aſt ad bene, ac licitè adminiſtrandum Sacramentum multo plura ſcire debet, de quibus diſputant Moraliftæ, quos citat Bonacina d. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 4. §. 2. & Suarez diſput. 28. ſect. 2. conſiderans, quod Confeſſarius gerit Officium Judicis, Doctōris, Medici, ac Paſtoris; & ideo debet habere tantam ſcientiam, quanta neceſſaria eſt reſpectivè ſupradictis perſonis in miniſterio ſuo. Caterum ad inſtructionem ſtudioſi Lectoris, ut ſummatim capere poſſit ea, quæ ſuſè, ac ſparſim ſcribunt Doctores de ſcientia Confeſſarii, ſatis erit, ut notet ſequentes quatuor Concluſiones.

Concluſio Prima. Confeſſarius ante omnia ſci-re debet diſcernere inter peccata mortalia, ac venialia, quia ſine hac ſcientia non poteſt ferre judicium juſtum. Salmanticen. d. tract. 6. cap. 12. num. 4. cum hac tamen moderatione, ut hæc ſcientia præciſè non requiratur in omnibus caſibus, ſed in his, quæ communiter accidunt; in reliquis autem ſufficiat bona voluntas; & ſatis ſit, ut pœnitens bona fide declaret culpam ſuam; ipſeque Confeſſarius habeat intentionem eum abſolvendi tam à venialibus, quam à mortalibus;

nec ultra ſit ab eo cogitandum; tantum enim ſufficit ad validitatem Confeſſionis. Eminentiff. Card. de Lugo diſp. 22. num. 70. & Diccaſtillus diſp. 10. dub. 12. num. 350. ubi alii plures.

Concluſio ſecunda: Ulteriùs ſcire debet Confeſſarius Caſus reſervatos, ut cognoscat, quos poteſt abſolvere, & quos non poteſt. Similiter ſci-re debet Excommunicationes, quæ ipſo facto incurruntur; tum quia non poteſt abſolvere à peccato, niſi priùs abſolvat ab excommunicatione; tum etiam quia oportet, ut ſciat admonere pœnitentem de his, quæ illi neceſſaria ſunt, ut ab excommunicatione abſolvatur. Salmanticenſes d. cap. 12. num. 5.

Concluſio Tertia: Præcipuè opus eſt, ut Confeſſarius ſciat ſpecies, numerum, ac circumſtantias neceſſariò explicandas; & in univerſum ea, quæ per ſe ſpectant ad integritatem Confeſſionis; & quid neceſſarium ſit, ut pœnitens ſit ſufficienter diſpoſitus ad recipiendam absolutionem, tam ex parte doctōris, quam ex parte propoſiti; & an pœnitens ſit in occasione proxima peccandi; nec non obligationem ſatisfaciendi, ac reſtituendi; impedimenta quoque Matrimonii pro Laicis; cenſuras, ac irregularitates pro Eccleſiaſticis.

Concluſio Quarta: Circa omnia prædicta, non eſt neceſſe, ut Confeſſarius habeat perfectam ſcientiam, & cognitionem; ſed ſatis eſt, ut intelligat ea, quæ frequentius accidunt; & de aliis dubitare ſciat, ut juſtè, ac dignè ſuo munere fungatur: nam ſi dubitat, poteſt legendo, vel alios conſulendo ſe inſtruere, & cum pœnitente ea, quæ oportet, adimplere; aliàs vix aliquis eſſet, qui poſſit confeſſiones audire. Suarez d. diſp. 28. ſect. 2. Eminentiff. Cardin. de Lugo diſp. 21. n. 70. & 71. Gobatus d. tract. 7. num. 188. & 189. ac Salmanticenſes d. tract. 6. cap. 12. num. 7. & ſeqq. ubi bene obſervant, minorem ſcientiam requiri in Confeſſario deputato in parvis Villis; majorem verò in eo, qui in magna Civitate Confeſſiones audit; prout etiam, quod ubi pœnitens eſt vir doctus, quæcunque ſcientia, etſi parva, ſufficit in Sacerdote; ut ait etiam Suarez d. ſect. 2. num. 3.

Prudentia eſt Tertium requiſitum neceſſarium in quocunque Confeſſario juxta illud Prov. 4. 5. Poſſide ſapientiam; poſſide prudentiam; eſt enim Virtus, quæ regulat omnes actiones humanas, ut dicit Eminentiff. Cardin. de Lauræa in 3. Sentent. tom. 2. de Virtutibus in genere diſp. 10. num. 11. & ea uti debet ad cognoscendum, an pœnitens ſit bene diſpoſitus ad validè recipiendam absolutionem; obſervatis ejusdem verbis, moribus, conditione, longitudine, vel brevitate temporis ab ultima illius Confeſſione decurſi; aliſque circumſtantiis ipſius pœnitentis perſonam concernentibus; ſiquidem quando prudenter judicat, eſſe bene diſpoſitum tum quoad dolorem, integritatem Confeſſionis, ac propoſitum emendationis, ſatis eſt, ut eum abſolvat absque aliis interrogationibus. Suarez diſp. 32. ſect. 3. num. 3. Palaus tract. 23. diſput. Unic. punct. 19. §. 2. & Salmanticenſes d. tract. 6. cap. 12. num. 15. & 16. optime advertentes, quod pœnitentes honeſti,

neſti, bene inſtituti, ac docti non ſunt indiſcretis interrogationibus fatigandi; niſi aliquando quoad numerum, vel circumſtantias peccatorum, de quibus ipſi mentionem fecerunt, ſi non ſatis ſe explicuiſſe videantur. E contra ſi Confeſſarius probabiliter dubitet, pœnitentem deficere in ſui accuſationem circa ſpecies, numerum, aut circumſtantias peccatorum, ſivè ex defeſu examinis, ſivè ob ignorantiam, & inadvertentiam, debet, quoad prudenter fieri poteſt, illum de iisdem interrogare, juxta *tex. in cap. Omnis utriusque ſexus. De Pœnitent. & Remiſſ.* ubi Summus Pontifex ait: *Sit Sacerdos diſcretus, & cautus more periti Medici, diligenter inquirens peccatorum circumſtantias, &c.* & docet Magiſter Sent. in 4. diſt. 19. quem ibidem ſequuntur S. Thomas, & Scholaſtici; nec non omnes Moraliftæ, quos longa ſerie citant Salmanticen. ubi *prox. num. 18.*

In interrogando autem pœnitente opus eſt ſumma prudentia, ad quam comparandam, Deo auxiliante, non parum conducent ſequentia documenta. *Primo:* non requiri exactiſſimam diligentiam in interrogando, quæ ſit nimis oneroſa pœnitenti, ac ipſi Confeſſario; ſed talis qualis ſit ſufficiens ad integritatem Confeſſionis. *Secundo,* non eſſe interrogandum pœnitentem de omnibus, quæ ſcripta ſunt in Morali Theologia; ſed de his, quæ ſpectare poſſunt ad ejus ſtatum, vel conditionem. *Tertiò,* in peccatis carnalibus parcè, ac velociter, & cum modestia eſſe procedendum in interrogationibus, ne pœnitentem ſcandalizet, vel ſe periculo pollutionis exponat. *Quartò,* non reprehendat, aut invehat in aliquod peccatum, niſi completa Confeſſione, ne pœnitens deterritus alia fortè graviora manifeſtare omitat. *Quintò,* ubi eſt aliquid examinandum circa aliquod peccatum quo ad ſpeciem, numerum, vel circumſtantias, id requirit cum benignitate de peccato in peccatum, ne, ſi expectet in ſinem, oblivio, aut concluſio impediatur, ne Confeſſarius ſcienda ſciat. *Sextò,* ruſticos, aut alios rudes homines, qui abſque debito examine ut plurimum ad pedes Confeſſarii accedunt, non expedit dimittere, ut ſe examinent, ac redeant; ſed eos juvare per opportunas interrogationes; ſic enim ſient magis apti, quam ſi milites dimittantur. *Septimò,* Ruſtici, qui agreſti, & inculto modo confeſſi ſunt multo tempore cum bona fide, ſed ſine integritate quoad numerum, ſpecies, vel circumſtantias, non ſunt eogendi iterare Confeſſiones factas; ſed ſatis eſt ab illis exigere, quæ omiſerunt in præteritis Confeſſionibus, juxta DD. quos cumulat, & ſequitur Diana Coordinatus tom. 1. tract. 3. reſol. 119. & 120. quarum prima eſt in Diana antiquo part. 3. tract. 4. reſol. 107. aliàs 108. altera verò part. 10. tract. 14. reſol. 21. aliàs 19. Octavò tandem, ſi Confeſſario innotefcat, pœnitentem commiſiſſe mortale, de quo nulli eſt confeſſus, & licet prudenter interrogatus, de illo non ſe accuſet; diſputant DD. quid ſit agendum. Alii dicunt, quòd eum dimittat, ſi certò ſcit peccaſſe, ſecus ſi ex aliorum relatione, quia in Confeſſione Sacramentali tam pro, quam contra ſtandum eſt dictis pœnitentis, tantò magis, quia poteſt pœnitens habere aliquam legitimam cauſam, illud non manifeſtandi ipſi Confeſſario, ut diximus ſupra Decif. XXIII. num. 11. Nihilominus prudentia Confeſſarii tanta eſſe debet in inſtruendo pœ-

Doct. Clericali Tom. I. Lib. IV.

nitente de neceſſitate integritatis, & in præbenda ei fiducia inviolabilis ſecreti, ut ex ejus ore eruat virus illius culpæ. Suarez d. diſp. 32. ſect. 3. & Salmanticenſes d. tract. 6. cap. 12. n. 28.

Juſtitia eſt quartum requiſitum Confeſſarii, quæ quidem etſi multa genera caſuum reſpiciat, tria tantum hic referre ſatis erit. Unum eſt, quòd Confeſſarius auditis peccatis pœnitentis bene diſpoſiti, tenetur de juſtitia ei abſolutionem imperiri, ſivè ſit proprius Parochus, ſivè alius Sacerdos ad Confeſſiones audiendas approbatus; ſic enim poſtulat ratio juſti judicii, & æquitas inter pœnitentem, & Confeſſarium; & aliàs magna fieret injuria ipſi pœnitenti, ſi ſine cauſa privaretur Sacramento, & cogeretur iterum coram alio eadem peccata confiteri, ſivè ſint mortalia, ſivè etiam tantum venialia. Averſa de Pœnit. quaſt. 16. ſect. 11. Suarez diſp. 32. ſect. 5. Salmanticenſes d. cap. 12. num. 29. & 30. ubi tamen concedunt, poſſe ex juſta cauſa Confeſſarium diſſerre abſolutionem ad ſe certiorandum de vera diſpoſitione pœnitentis, vel recidivi, vel contumacis in adimplenda pœnitentia. Alterum genus juſtitia eſt, ut Confeſſarius inſtruat eo meliori modo, quo poteſt, pœnitentem in his, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, & ab eodem pœnitente ignorata culpabiliter; puta myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, Redemptionis noſtræ ex Incarnatione, Paſſione, Morte, ac Reſurrectione Chriſti Domini, Venerabilis Eucharistiæ Sacramenti; Reſurrectionis Universalis, ac ſimilium; Cardenas in Criſi Theolog. diſſert. 41. ubi ponit Propositionem damnatam 64. quæ aſſerebat. *Absolvi poſſe ignorantes dicta myſteria etiam ex negligentia.* Debet etiam inſtruere ſponſos de impedimentis Matrimonii, præcipue contrahendi, ut fuſè diſſerit Sanchez de Matrim. lib. 12. diſp. 38. Bonacina & alii, quos allegant Salmanticenſes d. tract. 6. cap. 12. punct. 3. per totum; ubi num. 32. in ſpecie dicunt, teneri Confeſſarium ex juſtitia admonere pœnitentes de obligatione revelandi Superioribus hæreticos, nec non Sacerdotes ſollicitantes ad turpia in Confeſſione, juxta Bullam Gregorii XV. Incipien. *Univerſi Dominici Gregis.* 30. Auguſti 1622. de qua plenè agunt mea Erotemata cap. 126. in quo omnes caſus ad dictam materiam ſpectantes ſummatim collegi tum ex Moraliftis modernis, tum ex Criminaliſtis practicis, ac ſapientioribus. Tertium genus juſtitia eſt, ut à Confeſſario moneantur pœnitentes, ſi Prælati, Paſtores, aut Gubernatores ſint, de eorum notoriis peccatis, quæ vel neſciunt, vel non curant, circa malam collationem beneficiorum, Miniſtrorum electionem, ſubditorum gubernationem, aut eleemoſynarum diſtributionem; ſi enim Confeſſarius ea ſcit, & tacendo prædictas abſolvit, imponit ſuis humeris peccata eorum; & errores, quos in pœnitente diſſimulat; nam qui formidat potentis faciem, non debet Confeſſarii officium aſſumere. Eminentiſſ. Cardin. de Lugo diſp. 22. num. 37. Buſenbaum de Pœnitentia, capite 2. dubio 5. numero 8. Hinc Cardinalis Baronius audiens Confeſſiones Clementis Papæ VIII. eum monuit de monopolio Annatz, quod ejus Nepos faciebat in præjudicium omnium pauperum. Pontifex nepotem corripuit, qui minatus Baronium, de purpura eo privando, audivit, eum ſibi reſpondentem: *Sine dolore relinquam, quod ſine amore poſſideo.* Bernabeus

in *Vita Card. Baronis lib. 2. cap. 1. in fin.* Quod si pœnitentes sint personæ privæ, tenetur confessarius ex iustitia, eos monere de obligatione adimplendi vota, si quæ emiserint, juramenta, promissiones, aut præteritas Sacramentales satisfactiones; ad tollenda, seu reparanda scandala, si quæ intulerunt; ad corripiendos delinquentes, si ad eorum spectet officium; & præcipuè ad restitutionem famæ, aut bonorum, si in his aliquem læserunt; nec non ad eosdem pœnitentes retrahendos à negotiis illicitis, & à contractibus usurariis, in quibus si sint renitentes, absolutionem omnino debet denegare; ut latè DD. apud Salmanticen. d. cap. 12. punct. 3. à num. 32. & seqq.

- Sed hic duo oriuntur dubia. Unum est, si
- 10 Confessarius omittat obligare pœnitentem ad restitutionem, an teneatur ipse restituere. Multi multa dicunt; ut videre est apud Dianam *part. 2. tract. 16. resol. 1.* reposita in *Coordinato d. tom. 1. tract. 6. resol. 22.* Resolutio vera est, quod si positivè dixerit ex ignorantia pœnitenti, non teneri restituere; monere debet pœnitentem de suo errore; & eum onerare ad restitutionem; quod si amplius reperire non possit pœnitentem, remanet obligatus ipse Confessarius ad illam. Si autem omisit tantummodò eidem pœnitenti hanc obligationem exprimere in Confessione; sunt hinc inde opiniones, ut referunt Eminentiss. Cardin. de Lugo d. *disp. 22. à num. 60. & seqq.* ac Salmanticenses d. *tract. 6. cap. 12. à num. 50. § 1. & § 2.* Alterum dubium est, si Confessarius dicat aliquam actionem, seu contractum esse peccatum mortale; pœnitens verò asserat ex studio factò, seu ex consilio ab aliis sumpto, non esse mortale peccatum; an Confessarius possit, & debeat adherere opinioni pœnitentis, & eum contra suam opinionem absolvere; alii negant, alii affirmant, quos cumulat Diana *part. 2. tract. 13. resol. 11.* quæ fedet in *Coordinato tom. 8. tract. 1. resol. 6.* nec non Salmanticenses d. *cap. 12. num. 42. & seqq.* ubi tres opiniones referunt. Apud me prævalet distinctio Eminentiss. Cardin. de Laureà *disp. 21. de pœnit. art. 4. §. 4.* quæ est hujusmodi: In iis, quæ respiciunt essentiam Sacramenti, potestatem, ac facultatem Ministri, nec non dispositionem pœnitentis, non tenetur Confessarius sequi opinionem illius, sed suam. At in aliis dubiis de agibilibus, puta de obligatione jejunandi, de iustitia Contractus, de gravitate vel levitate peccati, potest Confessarius sequi opinionem pœnitentis, sua propria postposita, si vult; dummodo sibi ostendat, eam esse probabilem; & tanquam talem approbari à Doctoribus fide dignis. Sed quibus rationibus suadebit sibi ipsi
 - 12 Confessarius probabilitatem assertam à pœnitente Quis ignorat, materiam de probabilitate opinionum esse pelagum sine fundo? Quis adorsus est legere Pagnanum dissentientem de opinione probabili in *cap. Ne innotatis, de Constit. à num. 13. usque ad num. 493.* & non remansit obtusus? Et qui non obtusior percurrendo Caramuelè loquentem de Probabilitate vel studendo integris voluminibus Bordoni, Thyrsi Gonzalez, & Joannis de Cardenas in Crisi Theologica de eadem materia? Idcirco pœnitens rejiciendam cenfeo doctrinam Summæ Dianæ *Verb. Opinio probabilis num. 6.* & esse amplectendam illam prædicti Thyrsi Gonzalez, Præpositi Generalis Societatis Jesu; qui in tractatu de recto Usu opinionum probabilium *Differt. 14. cap. 9. §. 4. num. 126.* ita concludit; Quando opinio Confessarii est in se probabilior,

seu communior inter Authores Classicos, & alium de post diligentem veritatis inquisitionem, circa passionem, & culpam, ille judicat esse veram ob fundamenta rationis, quæ ipsi videntur manifestè urgentiora omnibus rationibus, quibus nititur Pœnitentis opinio; tunc non potest absolvere pœnitentem, quamvis ille bonafide amplexus fuerit sententiam contrariam. Utinam, non reperiantur Confessarii, qui vel ex defectu studii, vel ob humanos respectus opinionem pœnitentium contractus usurarios practicantium, & licitos esse prætendentium, approbaverint, irreparabili cum detrimento suarum animarum. Oh quanti reperiuntur de illis, de quibus ut testatur Molina *tom. 4. de Just. & Jure tract. 3. disp. 38. num. 3.* Elisabeth Regina Lusitanæ dicebat: *Se, scilicet, nunquam consuluisse Medicum, Jurisperitum, aut Theologum, qui ei non respondisset, quod ipsa fieri optabat.*

DECISIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

De approbatione Confessariorum sæcularium disseritur in præsentī Decisione. Docetur, quod eorum approbatio requiritur duo; scilicet iudicium de idoneitate; & concessionem Jurisdictionis pro pœnitentibus absolvendis. Qualiter approbentur Parochi; nec non simplices Sacerdotes. Utrum approbatio faciendā sit ab Episcopo Confessarii, vel Pœnitentis, vel Loei, in quo audiendā est Confessio. An dentur Casus, in quibus Sacerdos non approbatus possit absolvere. Abbates habentes territorium separatim approbant Confessarios; Non etiam Monasteria, & Capitula pro Ecclesiis Curatis de eorum Mensa. Parochi num possint assumere in Confessarios Sacerdotes approbatos tantum quo ad scientiam? quando expiret facultas audiendi Confessiones.

SUMMARIUM.

- 1 Approbatio Confessarii necessaria pro validitate Absolutionis.
- 2 Approbatio Confessarii importat Actum intellectus, & voluntatis in approbante. & num. 3. & 6.
- 4 Iudicium de idoneitate quale esse debeat? interius vel exterius?
- 5 S. Teresa dictum de Confessariis parum doctis.
- 7 Jurisdictio est necessaria in Confessario.
- 8 Doctores expressè loquentes de iudicio idoneitatis & de danda jurisdictione Confessario.
- 9 Approbatio ad Confessiones fit duobus modis. Et quibus?
- 10 Institurio alia Authorizabilis, alia Collatoria tituli.
- 11 Parochus eo ipso qui fit est approbatus ad Confessiones.
- 12 Parochi de consuetudine audiunt Confessiones in tota Diocesi.
- 13 Parochus in aliena Diocesi an possit absolvere suum subditum?

14 Confessarii